Fragmentarium

uiros habuisti & nunc quem
habes non est tuus uir; Hoc uere
dixisti; Dicit ei mulier; Dne.
uideo quia propheta es tu; Patres
nri in monte hoc adorauerunt.
& uos dicitis quia hierosolimis
est locus. ubi adorare oportet.
Dicit ei ihs; Mulier. crede mihi.
quia uenit hora. quando neq;
in monte hoc. neq; in hierosoli
mis adorabitis patrē; Uos ado
ratis quod nescitis. nos adoram
quod scimus. quia salus ex
iudaeis est; Sed uenit hora
& nunc est. quando ueri ad
oratores adorabunt patrem.
in spū & ueritate; Nam &
pater tales quaerit. qui ad
orent eum; Sps est ds. &
eos qui adorent eum. in spu
& ueritate. oportet adora
re; Dicit ei mulier; Scio
quia messias uenit. qui dr
xps; Cum ergo uenerit ille
nobis annuntiabit omā. dicit
ei ihs; Ego sum. qui loquor
tecum; Et continuo uenerū
discipuli eius. & mirabantur.
quia cū muliere loquebat.
Nemo tamen dixit quid

quaeris aut quid loqueris cum ea.
Reliquit ergo hydriam suam mulier.
& abiit in ciuitatem. & dicit illis
hominibus; Uenite. & uidete homi
nem qui dixit mihi omnia quaecumq;
feci; Num quid ipse est xps.
Exierunt de ciuitate. et ueniebant
ad eum; Interea rogabant eum
discipuli. dicentes; Rabbi man
duca; Ille autē. dixit eis; Ego
cibum habeo manducare. quem
uos nescitis; Dicebant ergo disci
puli ad inuicem; Numquid aliquis
attulit ei manducare. Dicit eis
ihs. Meus cibus est ut faciam
uoluntatē eius qui misit me ut
perficiam opus eius; Nonne uos
dicitis. quod adhuc quattuor
menses sunt & messis uenit. Ecce
dico uobis; Leuate oculos uestros
& uidete regiones. quia albae sunt
iam ad messem. Et qui metit mer
cedem accipit. & congregat
fructum in uitam aeternam
ut & qui seminat. simul gaudeat
& qui metit; In hoc enim est uerbum
uerum. quia alius est qui seminat
& alius est qui metit; Ego misi uos
metere. quod uos non laborastis.
Alii laborauerunt. & uos in labo
res eorum introistis. Exierunt autem

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 9488, 6v – Missale
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-j365/2849/32640)